



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 10. Savelli Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. ubi Sixti V. jussu Governatorem egerat,
A.C. 1587. anno salutis nostræ millesimo quingen-
 tesimo octogesimo septimo annos natus
 quinquaginta sex, quatuor Menses, &
 viginti tres dies non sine propinati ve-
 neni suspitione obiit, corpusque ejus in
 Ecclesia Fratrum Minorum de obser-
 vantia sepultum est: ceterum hic Car-
 dinalis summa erga pauperes charitate
 eminebat.

§. X.

Savellii Cardinalis extrema.

Ciac. Villo-
vell. p. 673.
Et Aub. l. c. **S**eptimus, ac postremus erat Jacobus
 Savellius, ex cujus familia duo Ro-
 mani Pontifices Ecclesiam illustrabant,
 & quidem primo Honorius III. anno
 post Christum natum millesimo ducen-
 tesimo vigesimo septimo, & Hono-
 rius IV. Anno Domini millesimo ducen-
 tesimo octogesimo septimo mortuus:
 plures insuper Cardinales ex eadem
 illustrissima stirpe prodire. Cete-
 rum Jacobus, de cujus morte in præ-
 sentiarum agimus, anno reparatæ sa-
 lutis millesimo quingentesimo vigesimo
 tertio die vigesima octava Octobris natus
 Joannis Baptistæ Savellii Filius erat,
 qui a Paulo III., cui sanguine junctus
 erat, primo cubicularius, ac postea
 Patavii studiis vacans Cardinalis Dia-
 conus nominabatur adjecta Nicastrien-
 sis

fis in Calabria Ecclesiæ administratio- Sæcul. XVI.
 ne: regnante autem Paulo IV. ad ordi- A.C. 1587.
 nem Cardinalium Presbyterorum tit.
 sanctæ Mariæ in Cosmedin euectus Eu-
 gubianus, & Nicastrienfis Episcopus
 nominabatur: porro paulo post a Pio IV.
 Beneventanus Archiepiscopus, necnon
 Romanæ Urbis Vicarius, qua etiam di-
 gnitate usque ad obitum suum præful-
 gebat, renuntiatus est: progressu au-
 tem temporis sub Gregorii XIII. Ponti-
 ficatu Sabinensis, Albanensis, Tuscu-
 lanus, Prænestinus, Portuensis Epi-
 scopus, ac tandem supremus Inquisi-
 tor creabatur. Hic idem juxta Triden-
 tini Concilii statuta Clericorum Semi-
 narium erexit, ubi etiam anno a partu
 Virginis millesimo quingentesimo sexa-
 gesimo septimo Synodum celebrabat,
 cui ex suis Suffraganeis duodecim inte-
 rerant: cum vero in Marchia Anconi-
 tana legatum ageret, hanc Provinciam
 a Dragutis Piratæ, qui Turcicæ clas-
 sis Architalassus erat, incursionibus
 tutabatur, atque unacum Guilielmo
 Sirleto, Julio Antonio Sanseverinate,
 & Antonio Caraffa Cardinalibus ad re-
 gendum Græcorum Collegium, quod
 Gregorius XIII. erexit, nominabatur,
 insuper is etiam interfuit sacris comi-
 tiis pro eligendis septem Pontificibus,
 qui erant Julius III., Marcellus II., Pau-
 lus

Sæcul. XVI.

A.C. 1587

Iulius V., Pius IV., Pius V., Gregorius XIII. & Sixtus V., sub cuius Pontificatu Savellius Mense Decembri Anno Christi millelimo quingentesimo octogesimo septimo supremum diem clausit, sepultusque fuit in Jesuitarum Ecclesia, quibus in vita sua summopere addictus erat.

§. XI.

*Jacobi Pamelii decessus.*Valer. Andre
Bibl.Belg. le Mir
e log Belg.

p. 19.

Thm. l. 88.

Hoc item anno ex Scriptoribus Ecclesiasticis nonnulli vivis valedicebant, atque inter eos primus erat Jacobus Pamelius ex nobili Pameliorum Oudenardorum familia ortum trahens, ejusque Pater fuit Adolphus apud Carolum V. Imperatorem secretioris consilii Senator: Jacobus vero Filius die decima quinta Maji Brugis anno a Christi Nativitate millesimo quingentesimo trigesimo sexto natus inter scientias Lovanii, & Parisiis adoleverat, ubi tam in Theologia, quam arte critica percelebrem sese reddidit, ac Lovanium reversus, primoque Doctoratus honore insignitus suorum parentum cura in Ecclesia sancti Donatiani Brugis Canoniatum adeptus est, ibique etiam locupletem sibi comparabat Bibliothecam, ut illius ope sanctorum Patrum opera elaborare posset: verum ob bellorum civilium